



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Vt negotium. Vrba. iijj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

pacem Ecclesie perturbabant.
 Olim ter in anno heretici anathematizabantur.

Olim ter in anno heretici ei anathematizabantur.

Illud etiam olim fuit in usu, ut ter in anno solemniter ritu heretici cuiusvisque sectae anathematizarentur, videlicet in die Cene Domini, Ascensionis, & in festo Dedicationis basilicarum Petri, & Pauli, ut notat glos. Ioan. Andr. in Clemen. dudum. verbo, solemnes. de iudicijs, & idem Ioan. Andr. in c. ut officium. in prin. de heret. li. 6. & Ioan. Monachus in glos. supra extrauag. Bonifacii octavi incip. Rem non nouam. tit. de dolo. & contu. inter communes, in verbo, Solemnis dies, quibus tandem ritibus (ut arbitror) successit processus Bullae, qua dicitur in cena Domini, qua annis singulis in die Iouis sancta coram summo Romano Pontifice legitur. qua in primis heretici vniuersi anathematizantur: nam usus huius Bullae (ut breuiter id moneam) tametsi non videatur multum antiquus, ut putat Domin. Sotus lib. 4. Senten. distin. 22. quaestio. 2. art. 3. ver. Hae autem Bullae cum nec S. Thomas, nec Eymericus, nec alij vetustiores auctores eius meminerint, sed a tempore Martini quinti, circa annum Domini 1420. quo tempore Bohemorum haeresis in Concilio Constantiensi fuerunt damnatae, capisse videatur, ac de ea mentionem iam faciunt Paulus secundus, & Sixtus quartus quibusdam rescriptis incipientibus. Et si dominici gregis. Post Leo decimus aduersus Lutherum eam auxit, ac deinde Paulus tertius, & ceteri Romani Pontifices donec ad Gregorium XIII. qui nunc feliciter regnat, continua serie peruenias, tametsi inquam usus huius Bullae, non videatur toto multum antiquus, considerata tamen antiqua anathematizandi haereticos consuetudine vetustior videri poterit, quam Sotus forte minus uere putauerit: quod efficaciter probari potest ex textu in dicta Clemen. Dudum de iudicijs, ubi scriptum est ita: Etiam extra dies solemnes, in quibus Romani Pontifices processus consueuerunt facere generales. Quae uerba etiam ponuntur in dicta extrauagan. Rem non noua, de dolo, & contu. & glos. in dicta clemen. Dudum verbo: Generales. recte adnotat hos generales processus fieri contra haereticos, credentes & ceteros huiusmodi.

Origo. Bullae quae adicitur in cena Domini vetustior est quam putauerit Sotus.

Atque ex dictis desines mirari, si quandoque inuenias multa Pontificum rescripta de poenis hereticorum aduersus haereticos edita eisdem saepe uerbis concepta. nam circa eandem rem idem modus solitus erat seruari a diuersis Romanis Pontificibus. b Idcirco ut videatur quae est illa indulgentia, quae conceditur terrae Sanctae succurrentibus. Ut haec intelligatur, obseruandum est Innocentium tertium in Concilio generali Lateranense. Romae apud Lateranum habito anno Domini 1215. pro recuperanda terra Sancta multum laborasse, magnaque priuilegia, & ingentes indulgentias concessisse Crucifigatis, id est illis, qui vel in proprijs personis, vel aliter id negotium iunissent. Quae res multis uerbis narratur in fine Concilij Lateranense. ubi ponitur expositio pro recuperanda terra Sancta, quam refert Hostiensis in c. Ad liberandam. extra de iudicis, et Sarace. Eymericus hic ex Hostiensis eam solum partem retulit (ut apparet) quae suo instituto conueniebat. Atque hoc est quod dicitur esse in parte decisa id est in ea parte, quam abtulit Decretalium compilator a dicto cap. Ad liberandam. extra de iudicis.

Urbanus VIII

A

Inquisitores haereticae prauitatis, & eorum notarii, durante officio, non possunt excommunicari, suspendi, aut interdici sine speciali mandato sedis Apostolicae faciente de hoc privilegio mentionem.



Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Fratibus ordinis Praedicatorum, Inquisitoribus haereticae prauitatis in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri Illustris Regis Aragonum deputatis a Sede Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

B

Ne Inquisitionis negotium contra damnatam haeresim prudentiae uestrae commissum impediri (quod absit) propter aliquorum astutiam, vel esse retardari contingat, uobis auctoritate praesentium indulgemus, ut nullus sedis Apostolicae delegatus, vel subdelegatus ab eo conseruator, aut etiam executor a sede Apostolica deputatus eadem, seu etiam deputandus, in uos, vel quatuor notarios siue scriptores uestrorum, super his uobis fideliter obsequentes, quamdiu in prosecutione huiusmodi negotij uos, & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam, promulgare, abique speciali mandato praedictae sedis, faciente plenam, & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum, & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. apud Montem Flaconem. Nonas Aug. Pontificatus nostri anno primo.

C

Urbanus VIII

Inquisitores, & eorum socij mutuo se possunt ab soluere ab excommunicatione, & irregularitate, in casibus de quibus hic.



Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratibus ordinis Praedicatorum, Inquisitoribus haereticae prauitatis in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri Illustris Regis Aragonum deputatis, a sancta sede Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

E

Ut negotium fidei ualeat liberius promoueri, uobis auctoritate praesentium indulgemus, uti uos, & fratres uestri ordinis socios uestrorum, ex communicationis sententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel reuolatis etiam incurtis, quia propter iniunctum uobis officium ad Priores ueros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuos uos super his absolueret, iuxta formam Ecclesiae, & uobiscum auctoritate nostra dispensare possitis in casibus de quibus hic.

in casibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, est ab Apostolica sede concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ cõcessionis infringere, vel ei ausu temerario cõtra ire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum apud Montem Flascõnem, nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Vrbanus III.

Filij vel heredes petentium in infirmitate sua, hereticorum consolationem, non admittuntur ad pbandum quod non sana mētē, vel perdata loquela suscepint, si constat quod erant sana mentis quando cõsolationem petierunt; alias admittuntur per testes idoneos. Et cõcordat rex. in c. Filij. de her. li. 6.

Edita anno Dom. 1261. Inquis. h. m. c. 43. & quæ. c. 11. vbi dicitur oppos. p. al. Theol. p. al. exposito & ab eo verbum dicit. p. al. remediu.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratrib. Ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hereticæ prauitatis in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum, auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Olim ex parte dilectorum filiorum Fratrum ordinis Prædicatorum Inquisitorum hereticæ prauitatis in Cathalonia, & alijs terris, nobilis viri A. Comitum Pictauen. felicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro expositum fuit, quod nonnulli de partibus, vbi eis contra hereticos inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo constituti, salutis medicum, & abhorrentes, consolatores hereticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus desolationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: Sed filij, & heredes sic decedentium propter hoc exheredari timentes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se vel probare per testes, quod iudicando recipiebant consolationem huiusmodi, loquelam amiserant, & erant alienati a mente: cum moris sit apud eos (vt dicitur) quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mētis, & memoriam habeat ordinatam; Ac super hoc, eodẽ prædecessore consulto ab eisdem Inquisitoribus vtrum tales debent probationes admitti, idem prædecessor eis duxit per suas litteras taliter respondendum: vt si legitime constiterit, quod prædicti dum sanæ mentis essent, petierint hereticos consolatores, sicque viam fuerint vniuersæ carnis ingressi, licet consolationem huiusmodi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel postiam perditam loquelam suscepisse dicatur, nulla super hoc probatio admittatur: cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: In dubio vero admitti poterit. Non tamen uxores, vel filij, seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium: sed alij testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum; sit

A que in talibus propter fidei priuilegium, & cum multa cautela summaque diligentia, præ cæteris negotijs, procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius prædecessoris nostri responsionem, commissum vobis negotium fidei, sic prudenter & fideliter exequi procuretis, quod labor uester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem (quæ solum in talibus quæritur) proficiat animarum. Datum apud Montem Flascõnem xii. Calen. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

Vrbanus III.

Declarantur hic multa dubia ad Inquisitionis negotium spectantia, ex illis in primis, quæ continentur in c. Accusatus. de heret. lib. 6.



VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratrib. Ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hereticæ prauitatis, in regno, & dominio charissimi in Christo filij nostri Illustris Regis Aragonum auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Dom. 1261.

C Consultus felicitis recordationis Alexander prædecessor noster, super articulis infra scriptis, fidei causam contingentibus, ab Inquisitoribus prauitatis hereticæ in partibus Tholosanis à Sede Apostolica deputatus, per suas litteras respondit eidem, cuius vtique responsionem præsentibus de verbo ad verbum duximus annotandam, quæ talis est.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

D Primus igitur uestre consultationis articulus cõtinebat: vtrum si dici debeat relapsus in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commississe, cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui nõ fuerat ante relapsus. Ad quod taliter respondemus, quod talis, si tanquã accusatus, vel suspectus de hæresi eã in iudicio abiurauit, & postea cõmittat in ipsa, ceteri debet quadã iuris licetione relapsus, licet ante abiurationem suã plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indicijs comprobata: Si vero leuis, & modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

† Cap. Accusatus §. 1. & 2. de heret. lib. 6.

E Quasiuisitum est circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solã inexcusabilem receptionem vel receptionem, aut deductionem, seu associacionem, vel visitationem hereticorum, siue dationem vel missionem munerum: aut etiã alias in fauorem eorum, qui excusari nõ possit, sine adoracione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus.

† Cap. Accusatus §. ille quoque. de heret. lib. 6.